



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

de visione Zachariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

CAPUT XIV.

CONCLVDVNTR QVAE  
in præcedentibus capitulis docta sunt,  
duobus exemplis siue figuris ve-  
teris Testamenti.

**Q**UA E hactenus de Angelo  
Custode & homine custodito  
tradidi, manifestissimè expressa vi-  
dentur in primis in Mysticâ visione.  
Prophetæ Zachariæ, quam supraten- Zach. 3.  
tigimus. Vedit hic Prophetæ sum-  
mum Sacerdotem Iesu siue Iosue,  
propter peccata sua sacerdotalibus  
exutum indumentis & eorum vice- De Iosue  
vestitum fôrdidissimo habitu, adeò summo  
ut carbonibus assimilaretur, & ecce Sacerdos  
subiicit Prophetæ: vidi Angelum,  
qui suscepit defensionem metiri il-  
lius peccatoris, ac diabolo se op-  
posuit, qui occupato dextero Rei  
latere audacissimè eum de perpetra-  
tis sceleribus accusabat. Deinde pre-  
cepit Angelus bonus restitui illi  
vestimenta Sacerdotalia munda; &  
cidarim reponi super caput eius.

## 128 DE ANGELO

Vltimò exhortans eum ad obseruātiam diuinorum mandatorum ita conclusit: Hæc dicit Dominus exercituum. Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, non vnum duntaxat, sed plures Angelos tibi ad defensionē assignabo ex eorū numero, qui perpetuo coram throno meo assistunt,

Vides hic imprimis, quomodo Angel⁹ defendit Iosue, & impudētē audaciā Dœmonis eum accusantis repressit: se cundo, q̄ nulla ratione eū deserit, tāetsi culpabilē deprehendit & turpissimis sceleribus defoedatū. Adhæc q̄ demō post peccatū accipit possessionē partis dexteræ, vnde colligitur, Angelū custodē quasi vietū, quotiescūq; volūtas peccatoris cū virib⁹ inferni cōiungitur, dextrā, locum sc. honoratiōē quē prius occupabat relinquere: Nō tamē omnino deserere ipsum hominē; tanta est benignitas huius Angeli. Nā quē admodū legitur eodē Zachariæ loco, statuit sese Angelus corā Sacerdote eundem ab accusatione diaboli vindicā.

CUSTODE. CAP. XIV. 129

vindicando ac defendendo. Vides  
tādē quomodo is, qui gratiā Dei cō-  
seruare studet, maiora recipit bene-  
ficia ab Angelo; aut quia ad custodiā  
hominis iusti plures angeli deputa-  
ri solent, velut, colligere est ex præ-  
senti loco, aut quia secundū doctrī-  
nam superius traditā. & sententiā D.  
Chrysostomi Angelus custodiēs vi-  
rum iustum, maioris est excellentiæ  
ac potestatis; aut demū quia prouī-  
dentia & vigilantia eiusdē Angeli  
custodis tāto magis erga personā illā  
crescit, q̄ tuetur & erudit, quāto co-  
piosior fruct⁹ hinc expectari potest,  
& labor existit in seruitio Dei illam  
cōtinēdi facilior. Angel⁹ quoq; Ra-  
phael propter officia pietatis erga  
senē & iuniorē Tobiā usurpata, ex-  
pressus typ⁹ ac figura fuit eorū om-  
niū quę circa nos in triplici vitę sta-  
tu supramemorato ab Angelis cu-  
stodib. exercētur; siue in primo, dum  
cōtinemur adhuc materno vtero; si-  
ue in secūdo; id est à momēto nativitatis  
usq; ad articulū mortis, quibus  
termit nis stadiū humanæ vitæ con-

*Cap. 7.  
Chrysost.  
Matt. 8.*

*Figura  
Angelis  
Raphae-  
lis.*

*Tob. 5.*

F 5 cludiur;